

San. Hensius Isaac Casaubono S.

Sir Carissime.

Si ullo modo reus essem criminis illius, cuius me superiores tui accusabant, hoc est, si non quater aut quinque de morbo communis amicissimi parentis non rē rō maximo diligentissime ad te scripsissem, & illius commendatione, cui amicitiam tuam debeo, & eā ipsā amicitia tuā, cui merito omnia possumus, essem indignus. Dum cum infelicitate meā factum sit, non culpa, ut de negligentia meā conqueraris, dabo operam, ut quam opinionem de me culpa aliorum concepisti, eam vicissim diligentia mea remittas. Et quandoquidem id dāpnatior rāta, ē divini illius viri virtutibus quem ex aequo ambo colimus, nihil praeter solam recordationem nobis est relictum, faciam ad hoc ex hoc meum, quod nunquam aut raro ab eo discesserim, quamdiu in hac urbe vivo, & praecipue sub mortem, magna, parva, quaeq; observare & audire ex eo potui, mecum tibi sit commune. Quamvis enim fieri non possit, quin qui amicum luet, ad commemorationem singulorum vehementius commoveatur, quod admonitio ipsi recrudescat luctus, tamen ubi idem ille aliquantulum remisit, & rationi locum dedit, sine voluptate aliquā meminisse eorum non possumus, quae dolorem adhuc recensent vehementius accendunt. Inania non paucā ego ex ore senis nostri excepi: qui paulatim naturae cessit, & a morbo potius assumptus, quam oppressus est. Plenses iam propemodum secesserunt, cum de editione Plautinā, urgente Raphaelengio nostro qui sciret quantum apud eum solus prope ex omnibus qui hic essent, possem, coepi agere: quā in re sive amicis sive precibus meis hoc dedit, ut quod constantissime oib; negarat, meā & epistographi causā susciperet. Itaq; vider nos convenerat, ut uterq; in hanc curam incumbere, ego ipsam editionem, quae adhuc in manibus meis est, adornarem, certissima quaeq; ē codicibus, pauca ē doctorum emendationibus, sed quae firmis niterentur rationibus, aut postea à libris confirmata essent, in textum reciperent: deinde verò cum eo singula conferrem: ille vicissim comicum percurreret, & quae olim partim in eum notaverat, partim in memoriā, quā divinā ut nostri utebatur, habebat, partim etiam legendo revocaret, nobis traderet. Sed eheu, paullo post cum dies aliquot, ut solebat, continuos scribendis ad amicos literis impendisset, coepit de aropeia nō audire & fastidio quodam cibi vehementer queri: neq; post illud tempus, quod nunquam solebat, nisi morbi alicuius vi aut pertinaciā victus, museum ingressus est. Itaq; mensem prope integrum, sine ullā mutatione, quae quidem manifesta esset, in cubiculo ad focum

sedebat, & amicis potissimum, qui officij causa ad eum venirent, operam
dabat. neq. minus tamen de literis temporis cogitare, & libellum aliquem pones
se habere, quo aut morbi tedium aut temporis falleret, & è studijs Musam,
que felicitate nemo unquam coluit succissa, postremam hanc voluptatem
hauriret. Cum quotidie minus minusq. cibum appeteret, ac magis corpore
simul ac animo langueret, coepit, quod res erat, gravius aliquod malum
vereri. Est huic aëri familiaris quidam morbus, siue Languor, quem Scorbu-
tum vulgò vocant, Plinius Sceleturben, aut Stomacacen à medicis sui tem-
poris dictum fuisse notat; hunc per semet ipse & medicorum iudicijs sen-
cunus præsensit. Neq. frustra fuit unquam prudentissimi hominis cura
aut metus. nam ut hoc malum ex prior, ita ex hoc ipso tertium imi-
nere frequenter dicebat, τὸ Ἐσώτωα nimirum, & quod magis mirum est,
certam eius speciem, que ut omnibus ferè, ita illi fatalis fuit, τὸν Ὑπνῶα,
vltim. Sunt in hac urbe medici aliquot clarissimi, & ut τὰς ἰατρικὰς
ἐκείνους gnari admodum ita etiam τὰς ἰνὸν τὰς ἐκείνους εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἐκείνους,
inter quos maximè familiariter Alio Everardo Vondio, hodie magnifico
apud nos Rectore, utebatur, viro præter Medicinam, rerum plurimarum
egregiè perito, & cui è baptismo filiolum miræ indolis puerum suscepit.
officium primum tanquam amicus, cum adhuc medicos aversaretur, invicere
ad eum cepit, & ut aliquod adhiberi sibi remedium pateretur, partim precibus,
partim consilio, & rationibus ab eo postulare, quod cum agere impetraret,
(vehementer enim omnem medicorum rem ac præsertim potiones respu-
ebat) collegam suum virum præstantissimum Rennium Sentium
prudentissimè adiunxit, memor illius βοτὴν δὲ δὲ ἐπεποιθὼν: partim
etiam ut si tanto viro aliquid humanitus evenisset, quod futurum iam
omnes videbant, ne ab uno quidquam prætermissum putaretur quod præ-
stari à duobus plenius posset. Ita simul constantiam magni viri aggressi
sunt, qui vix ullâ ratione adduci poterat, ut mortem quam effugere
vix posse videbatur differri saltem pateretur. Ille enim quâ erat in his
quoq. peritiâ, oppugnare eorum consilia quam sequi malebat. neq. scio, an
quidquam perperam, nihil certè sine ratione dicebat, ut ipsi illi quibus
salus eius commissa esset, faterentur nihil esse difficilius, quam viro tam
docto aliquid præscribere. Vires enim herbarum & nomina è lectione
τῶν ἐπιστῶτων ἐπιστῶτων, non modo ad unguem didicerat, verum &
optimè de morbo suo iudicabat, quem dicebat salem esse, ut huma-
nitus curari non posset. Interea quantum patiebatur corporis infir-
mitas, quod longâ à λογικῇ peritiâ emaciatum erat, animum quasi
in statione imperatorem semper erectum habebat, ac ne tum quidem

nihil agebat, existimo postremos quibus ante mortem usus est auctores Polybium, & Lipsij libros de re militari fuisse, quorum in altero qui penes me est, infinita notaverat, & non multis antequam penitus lectulo adfixus adhereret diebus; Pitulum Romanum ex illius auctoris descriptione, manu suâ delineaverat, quod in eo omnes, qui Polybium illustrare conati essent, errasse existimant. Ceterum quod ad reliqua, magnâ ex parte eadem esse arbitror cum ijs quæ in codice amplissimi Busanvallij à te descripta sunt: dicebat autem multa in ijs esse, quibus temerè adhibenda fides non esset, quod aliud agenti sibi olim magnâ ex parte excidisset. Alterum vero plurimis obeliscis confoderat, & sæpe cum ad eum venirem, negabat scivisse se tot in eo opere iracundatâ esse, aut tam parvum usum habuisse Græcarum literarum vinum illum, quod cum stomacho sæpe repetebat. Eiusdem affectionem in stilo vehementer fastidire solebat, in ijs præsertim quæ senex scripsisset, & non nunquam literas illius cum indignatione legebat. Hæc apud candidum virum & amicissimum, quem eodem modo iudicare, certò scio. Sed cum magis magisque indies malum glisceret, & perpetua æbilis vires amplius considerare non sineretur, tamquam miles planè ementus, iussente ita ac volente naturâ, quod ab eo ante nec amici obtinere potuerant, nec medici, omni se lectione abstinere coactus fuit, quâ de re plerumque cum ad eum venissem apud me conquerebatur. Solebat enim aliquod sibi perire tempus, neque amplius se vivere sed sibi ipsi superesse existimabat, postquam vidit fructum, hoc est, aliquid discendi comoditatem amisisset. Toto autem morbi tempore, cum de morte suâ nunquam dubitasset, ardentissimas ad Deum preces fundebat, & sive solus esset, sive cum amicis, magno animi ardore, peccata sua secum ipse confitebatur, quæ dicebat quidem esse iracundatâ, sed fiduciam quam in eo repositam haberet, qui peccatum ipse pro nobis ac maledictio factus esset, longè esse maiorem: sæpe dicebat, certò scire se mortem sibi minare, tantum autem abesse ut timeret communem illam naturæ humanæ finem aut detraderet, ut nihil aliud peteret à Deo, nihil cogitaret, nihil secum ipse voveret, quàm ut hæc carcere quàm minimo dolore & brevi vigesimo tempore solveretur, se iam ipsa vitæ ætemæ gaudia sentire, neque dubitare quin visurus brevi esset.

desiderio langueret, reliqua sordere sibi omnia, neque quicquam esse, cuius causâ vitæ usuram vel ad horam sibi amplius concedi optaret. Quodam tempore cum ad eum misisset clarissimus & ornatissimus omni laudum ac virtutum genere senex Carolus (Iusius, qui iam diu per ætatem annu enim tertium supra octuagesimum implevit) partim etiam fatile quod

accessisset, quod accedere eum non posset, respondit, se non modo illi libenter
ignoscere, sed & singularem animi benevolentiam amplecti: nec quise esse
ut se ipsius causam defatigaret, brevi enim eundem in locum conversurus
esse, ubi alter alterum amplecteretur.

se precedere, illum autem secuturum esse. Inter reliquas illius virtutes non
postremam fuisse prudentiam ex istimo: quae cum alijs in rebus tum proci,
quae in eo eluxit, quod fere annis singulis supremam voluntatem suam
consignaret, & in testamenti tabulis, si quid forte in mentem veniret, cuius
rationem haberi post mortem vellet, imutaret, ne si quid humanitatis ut
saepe solet eveniret, ad id delator abiret. Idem ergo cum initio morbi in
animo haberet, omnium librorum suorum indicem ad me misit, petens
ut ex eis eligerem, quos vellem; non dubitare enim vitae suae finem in-
stare, ac idcirco tempus esse ut de amicis cogitaret. Haec constantem
mihi adhaerens. Quod cum frustra ~~diem~~ diu recusassem, & cum lau-
crinis petissem, ut pudoris mei ac pietatis rationem haberet, tandem
magna vultus sui severitate & auctoritate sua interposita, (erat
enim invisum eo perculit, ut in scholam

da quorundam enotarem. Idem duo ex principibus amicis fecerunt: alijs
quorundam ipse delegit, quos reliqueret. ceteri praeter Orientalia quos
Bibliotheca apud nos publica legavit, divenditi & ex ijs immane & cor-
flatum est: quod precium aconomo suo homini Gallo, qui fideliter
admodum res paravit, inservisit, cedere voluit. Vix ulli erant in
quibus non aliquid notasset, quos studiosi adolescentes non minus
cupide redemerunt, quam si una cum libris ac chartis, virtutem
quoque viri ac eruditionem redimere potuissent. Sed ad mortem
redeo. Aliquot diebus ante fatalem & supremum illi tempus
(vide magnum ac heroicum animum & incredibilem ~~traci~~ la-
etiam securitatem) cum accederem eum, quaesivit de versibus
quibusdam suis, utrum eos esset editurus, respondi me facturum
esse. Ipsi ille denuo, invenies, inquit, scazonem quandam, priori
Planitij mei editioni praefixum, qui non erit praetermittendus:

memini me tamen quodam in loco memoria lapsam esse nam
pro illo, Rex Celtiberum Tarraconis Alfonsus, reponendus erit
ille, Castellae amoena rex vetustus Alfonsus. Haec oculis
laqueantibus, & morbo fractis viribus, morti ut sum quidem
videbatur plane vicinus, sensibus tamen integerrimis, dicebat.
qua ego domum cum redissem, miraculo percussus in volumine

meo notabam. Sexto nisi fallor die, cum profectus Hagam,
Hagā verò Delphos fuisset, & octavam circa horam domum serò
venissem, accurrebat ad nos subito collega nostri viri clarissimi Dominici
Baudij privignus, qui iam esse in extremis Scaligerum nunciaret,
si videre illum postremam vellem festinatione opus esse. Ego quamvis
nihil aliud præter finem expectandum diu antea ipse vidiissem, & amicos
saepè monuissem, tamen vehementer animo commotus aut ut verius loquar,
plane impotens mei, accurre. Senem verò nostrum (quod ne iam quidem
sine lacrimis commemorare possum) ολντο ταχιστα, xi novora xi
τριπτα λοιδια οντα, invenio sine ullo sensu animam trahentem agere,
quæ momentis singulis magis ac magis, circa horam verò quartam
matutinam, peritus defuit: postquam preces postremas concepiisset
minister, idque ita placide, ut sine ullâ vel minimâ mutatione non
tam expiraret quam vivere desineret. Quarto die sine ullâ ut præce-
perat pompâ, solis gentis suæ insignibus, sed magnifico tamen comitatu
elatus est, tanto autem omnium ordinum & ætatum concursu, ut supra
quadraginta hominum millia confluisse putentur. Ego quanguam
excusari maluissem, tamen exigentibus à me Academiæ curatoribus,
sed præcipue officij ratione & pietate, quæ sola quoque excusari potuisset,
statim à funere, oratione prosecutus sum defunctum, cuius conclusio
lacryma fuerunt, quas Ιησαΐας ωρεο quam voce audientibus quoque excussi.
Eam brevi cum epicedijs nostris excusam ad te mittam. Sepulchrum est in
Gallico templo, olim S. Marie dicto, iuxta locum & sabrethia, in quibus
mille unâ coniectiones audivimus. Sepulchro suo verba hæc inscribi
iussit.

Josephus Scaliger Jul. Cæs. à Burden filius
resurrectionem hui expectat.

Vides & modestiam magni viri, & ἀποκτατορ, quod semper præ se
tulit, etiam in morte pietatis studium. Ceterum publicè illi monumen-
tum ex marmore, quale inusitata eius virtus ac eruditio meretur,
à curatoribus Academiæ decretum est: quam ego in me curam ex
eorum mandato suscepi. Scripta sua & patris quæ adhuc imperfecta
erant, aut quæ edi aliâ fortasse de causâ noluit, in publicâ Bibliothecâ
servantur. quæ verò edi iterum voluit, aut emendationem reliquit, fidei
meæ credidit. Inter reliqua autem sunt & τοιοῦτο δολματορ illi Julij
Scaligeri, in lib. de historiâ animalium Aristotelis commentarij.

quo in opere non minus diligenter quam sollicitè versari coepit,
sed quantum possum colligere, plura in ijs sunt aut transposita,
vel certè alieno loco ab auctore posita, quam ut sit speranda editio,
quod non ignorasse tot, namque tunc epistimo qui saepe hoc mihi
est confessus, ut vehementer miror, cur sperare ab alijs voluerit, quod
tanto ipse temporis spacio pro deplorato habuerit. Utinam adesset
tibi, multum opera, consilio, eruditione ac iudicio hoc ipso in opere
nos iuvares, in quo multa sunt digniora, & planè celesti illius viri
naturâ digna, qui nusquam tam libere quam eo in scripto ab Aristotele
suo dissensit. Habes non modo quod optabas, prolixè, sed quod
forte nolles, & perdoctus & xibv̄ x̄iγ̄n̄iv̄w̄s, quæq; ut in mentem ve-
niebant. restat ut utriq; nostrum quod iam dixi, firmiora partim
quidem è virtutis viri memoriâ, partim quod præcipuum est ex amore
eius, quod dum viveret nos persecutus est, solatia petamus. Quamvis
enim non ita insaniam, ut propterea tecum illo modo comparandum
me epistimem, quem verè vir ille eruditionis patrem semper vocabat,
puto tamen etiam hac ratione nos coniungi: alterum tum maximè
cum viveret amor miatus est, alterum tenerrimè dilexit. Vale &
amare me perge, & maximum huius seculi decus, & qui solus omnium
iudicio, sublato ex humanis rebus illo lumine, Rex & princeps rei
literariæ relictus es. Lugd. Bat. xxviii. Mart. c1515 c18.
Vale item, & sicuti lapsa est manus, fedinationi ignosce.

